

permittitur duntaxat gladio non uteretur. At saltem non respiciunt ex his quae mox sequuntur apud alios Evangelistas. Obiurgat minaciter ac severe Petrum quod utatur gladio, & iubet recondi, addens perire gladio qui gladio pugnet, sibi non defuturas quamlibet multas legiones, à patre supplicat, si se ui defendere uoluisset. Præterea quando unquam legimus Apostolos fecisse quod hic tantopere iubet Christus faciendum? Fugisse legimus, respondisse legimus, lorica aut gladium gestasse nusquam legimus, ac ne unguibus quidem unquam repugnasse, ne dicam gladijs. Denique cur in omnibus suis epistolis audent à præceptoris sui doctrina dissonare? Tolerantiam uno ore docent omnes, iubent obrui beneficis inimicum, & igneos carbones congeri in caput illorum, Paulus iubet malum uinci bono, iactat toleratas calamitates suas, prostratos ac fusos hostes non iactat. Toties armat ille tironem Christianum, Evangelica panoplia, galea salutis, scuto fidei, gladio spiritus. Vbi inter hæc huius gladij mentio, quem nos comminiscimur?

Hæresis

Ambrosius

Origenes

Rencontre
Érasme et le livre (11 avril 2024)





Érasme censuré

Renaud ADAM



Les *Annotationes in Novum Testamentum*, un complément à la lecture de la traduction du *Novum Testamentum* d'Érasme (1516)



Érasme, *Annotationes in Novum Testamentum*, Bâle, Froben, 1542, 2°, ff. 1r, 2r
(ULiège Library, Th1690 [f°])

Traits de plume ou ratures horizontales

idem facerent faceret quidam, omnis iis qua propius ad pietatem pertinet, qui constitutiones constitutionibus accumulans, hoc tantum agentes, in plebem quam maxime hori potest illaqueatam, sibi reddant obnoxiam, sua tyrannidi suam, quae sibi confidentes. Non igitur sic accipiendum est, quasi Paulus prohibeat tangi, gustari ue quippiam, sed reprehendit eorum supercilium, qui haec magno fastu prohibebant. Idem palam indicat D. Augustinus Epistola quinquagesima nona ad Paulinum. Et tamen Ambrosius ita interpretatur, quasi Paulus his verbis deterreat ab omni spe mundanorum, mea sententia, non satis attente, quod quidem cum tantuiri pace dictum sit. Idem citat in eundem sensum, enarrans Psalmum centesimum decimum octauum, sermone decimo octauo. Rursus libro De patriarcha Abraham secundo, capite sexto, alijsq locis aliquot. Tertullianus adducit hunc Pauli locum libro aduersus Marcionem quinto. Et Theophylactus cum Chrysofotomo nobiscum facit. Evidentius etiam Glossa ordinaria.

Expensu Ambrosii interpretatio

Ipo usu.) *ἡ ἀπεργασία*. id est, Abusu. Et Ambrosius legit, Per abusionē. Agit enim de cibo & potu, quae usu cōsumuntur, & in latrinā ex cernuntur. Nam ijs proprie dici mur abuti, quae usum absumuntur: quemadmodū & Iureconsultorū litera nos docent.

Rationem quidem habentia sapientiae.) *λόγος* hic interpretatur Speciem: quod Thomas quoniam Aquinas sensit duriusculum, anne cēt id quod sequitur, In superstitione: ut intelligamus in eiusmodi rationem esse sapientiae, nō simpliciter, sed ad superstitionem. At mihi uidetur oratio inabsoluta. Coepit enim per *μὴ*, & non reddidit quae illi respondet, *ἔ*. Proinde mihi uidetur *λόγος*, hoc loco sonare Sermonē aut uerba, ut opponatur rei. Quod si absoluisse orationem, dixisset ad hunc modum, Quae omnia uerbotenus uidentur erudita ac magnifica, nimirum ab angelis profecta, ut illi narrant. Caeterum, re longe absunt a religione Christi, quae nec in superstitione, nec in abiectioe animi, qua pecudum ritu homines hominūculi cuiuspiam arbitrio circumaguntur, nec in laesione corporis sita est, quum deus eibo uoluerit honorari corpus nō cruciari inedit, sed in puritate uitae & charitate. Nobiscū facit aper-

Honor subsidium

te Theophylactus. Honor enim corporis hic subsidium appellat, iuxta proprietatem terminis Hebraicis uelut alibi. Honora uidas: Et, Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur.

θερησια

In superstitione.) *ἡ εὐθερησια*. Quae est falsa religio, interprete Hieronymo, in eo quem modo citauit loco. Nam superstitio, *ἡ εὐθερησια* dicitur. Ambrosius legit, superstitione. Porro uox Graeca ita sonat, quasi dicas, Spontanea religio: cui quis ultro sibi fingit religionem. Nam *θερησια*, religio dicitur a Thracibus, apud quos Orpheus primus coepit nugari de dijs, ut modo dictum est: & *εὐθερησια*, uolo. *ἡ εὐθερησια* est in *εὐθερησια* ab *εὐθερησια* *ἡ εὐθερησια*.

Et humilitate.) *ἡ ταπεινοφροσυνή*. Diuus Hieronymus hoc quoq; uerbū notat, tanquam improprie hoc loco usurpatum, quum aliās uirtutem sonare soleat, hic uitium, quo quis humilia sentit atq; terrena: & abiecti *ἡ ταπεινοφροσυνή*, ut patitur sese in humilia humi duci uerbis praecipuis honorant.

ἀφειδία

Non ad parcendū corpori.) *ἡ ἀφειδία σώματος*. quod ad uerbū sonat Imparfimonia, hoc est, quū quis non parcat alicui rei. Nam *φείδομαι*, parco, & *α* particula est pri-

cem: ut de effeminatis & pathicis intelligas. Nam alioqui quid attinebat addere libidinem, quum ante dixerit Fornicatio: Neq; enim apte genus speciei subnectitur. Porro molliciem & Flaccus morbum appellat in Odis:

Cum grege turpium Morbo uiuorum.
Propter quae uenit.) *ἡ ἐρχομαι*. id est, Propter quae uenit: ut Venit, sit praesentis temporis, intelligasq; solere ob ista uenire diuinā iram. Sic enim appellat uindictā. Filios incredulitatis.) Quod superius uerterat Diffidentiae, *ἀπαθείας*, idem & inobedientiam sonat. Quamquam hoc loco Ambrosius non addit: In filios diffidentiae. Tantū legit, Propter quae uenit ira dei. Iam de forma sermonis huius Hebraica, non semel a nobis dictum est.

In quibus & uos.) *ἡ εὐς*. Sermo Graecus anceps est, quod articulus referri possit uel ad filios inobedientes, inter quos & Colossenses quondam fuerant, uel ad uitia quae paulo ante commemorauit. Certe quod mox sequitur, Quum uiueretis in illis: ad uitia pertinet.

Turpein sermonem.) *ἡ ἀσελολογία*. id est, Turpiloquium.
Nolite mentiri inuicem.) *μη ψεύδεσθε ἀλλήλους*. id est, Ne mentiamini alius aduersus alium. Quid enim est Mentiri inuicem, quod uertit interpret, nisi mentiri uicissim: Verbo Graeco addidit accusandi casum.

Mentiri inuicē

Expoliantes.) *ἡ ἀποκλινομενοι*. id est, Exuentes: id est, postquam exuistis: nam praeteriti temporis est. Vocem hanc interpret subinde uertit. Expoliantes. Alludit ad id quod ante dixit: Christum exuta carne uicisse.

In agnitionem dei.) Dei, redundat iuxta Graeca exemplaria. Nec Ambrosius addit. Nec addebatur in exemplari Donatiani. Cum his concordabat exemplar utrunque Constantiense.

Masculus & femina.) Haec non inuenio apud Graecos. Nec attingit Theophylactus. Chrysofotomus ne legit quidē, sicuti nec Ambrosius. Sed huc uidetur adscriptū ex Epistola ad Galatas capite tertio. Suffragabat & hic uterq; codex Constantiēsis. Gentilis & Iudaeus.) *ἡ ἔθνη*, id est, Graecus: pro quo uertit, Gentilis.

Barbarus.) Post hanc uocem Graeci omittunt coniunctionem, & oratio fit ardentior. Prius enim per iuga coniunxit Iudaeum cum Graeco, circumcisionem cum praepitio: deinde citra copulam copulat Barbarū cum Scytha, seruum cum libero. Porro Barbaro opposuit Scytham, non quod is Barbarus non sit, sed quod pra hoc reliqui Barbari non sint Barbari.

Scytha

Dilecti uiscera misericordiae.) Dilecti, hic participium est, nō nomen: *ἡ ἀγαπηδία*. Nec est Misericordiae, sed *ἡ ἀποκρημνία*, id est Miserationum, numero multitudinis.

Humilitatem.) *ἡ ταπεινοφροσυνή*. quod Ambrosius uertit, Humilitatē sensus. Nos Modestiam maluimus. Nam modestia potius est, quā Graeci uocant *ἡ ταπεινοφροσυνή*. Humilitas sensus, magis in uitium sonat: quemadmodum abiectus animo. Etiam si Graeca uox plus quiddam significat, quā modestia. Modestus enim est, qui nō est arrogans: at *ἡ ταπεινοφροσυνή*, qui minus sibi tribuit quā promeretur.

ταπεινοφροσυνή

Modestiam.) *ἡ πραότης*, id est mansuetudinem, siue lenitatem.

Patientiam.) *ἡ μακροθυμία*, ad uerbum Longanimitatem, siue animi lenitatem, aut animi moderatōnem, qua quis non facile prouocatur.

An æmulamur dominum?) *ἠαζήλωμεν*, id est, Prouocamus & irritamus: quod superius uertit, Ad æmulandum prouoco. Et ad eum modum interpretantur Græco rum scholia: nominatim Theophylactus: *παρωζόμεν ἢ ἠακνήζόμεν*, id est, Tentamus & irritamus. nam *ζηλωμεν*, & in bonam partem dicitur: *ἠαζήλωμεν* serē non nisi in malam.

Sed quod alterius.) *ἀλλὰ τὸ τὸ ἐπὶ τῆς ἑκείνου*, id est, Sed quisque quod alterius. Omne quod in macello uenit.) Venit, hoc loco significat uenundatur, *παλιμύου*, & in macello legēdum, nō in macellū. Indicat hoc & diuus Augustinus aduersus Adamantiū, Interrogare, inquit, uetat, quum quid de macello emitur. Atque huiusmodi amphibologiam tollere poterat accentus circūflexus, notatus supra uerbum Venit.

Nihil interrogantes.) *μηδὲν ἀνακρίνοντες*, id est, Nihil dijudicantes: quod idē uerbum est paulo inferius. Ambrosius legit, Nihil disquirentes. Est autem participium eius, quod superius uertit Interrogant.

Et plenitudo eius.) Eius, ad terram refertur, non ad dominum. *αὐτῆ*, hoc est, quicquid diues gignit terra, id omne domini est.

Hoc immolatum est idolis.) Vetus codices habent, Hoc immolatiū est idolis. Atque ita legimus apud Ambrosium. Est autem Græcis eadem dictio, quam interpretoties reliquit, *εἰδωλόθυτον*.

Qui iudicauit.) *ὁ γὰρ μὴ νόσωντα*, id est, Indicauit, non per u. Id tamen inimitulum est, tamen quoniā facillimus in huiusmodi lapsus est, admonēdum dicitur. Nam *μὴ νόσων* Græcis est prodere rem prius occultā: licet apud Ambrosium hæc particula non addatur, propter eum qui iudicauit, haud scio an librariorum incuria.

Conscientiam dico non, & cætera.) Ante hunc locum repetitur in Græcis codicibus, Domini enim est terra & plenitudo eius: quod paulo superius positum est: sed utrobique probe quadrat. Illic non refert quibus uescamur, omnia enim sunt domini. Et hic non est cur fratrem offendas, uescens idolis immolato, quum tantam ciborum copiam diues mundus suppeditet. Cæterum hoc posteriore loco uidetur inferri sub

alterius persona, uelut obijcientis Paulo, quod ipse mox dixerat: Quam mihi narras conscientiam, quum ut ipse fateris, Domini sit terra & plenitudo eius: Idcirco subiicit ac distinguit conscientiam: Conscientia, inquit, tua dicit, domini est terra & plenitudo eius: at non idem dicit alterius conscientia, quæ putat aliquid simulacris esse proprium, neque commune deo. Neque magnopere facit ad rem quod hic arguitur de *εἰκαστος*, de quo Illum & conscientiam Laurentius. Quum enim ait, Et propter conscientiam, exponit quid ante dixerat Illum: alioqui qui audierat sibi dictum, ne ederet propter illum qui iudicauit, rogare poterat, quid hoc ad illum: Respondet Paulus, ob illius conscientiam, quam tuo facto uulneras, etiam si tua firma sanaque est. Deinde quod dicit Tuam, suo more personam fingit: quandoquidem nonnunquam in se recipit personam alterius, quo rem magis exponat oculis.

Ab aliena conscientia.) *ὅτι ἄλλης συνειδήσεως*, id est, Ab alia conscientia. Atque ita legit Ambrosius, itaque scriptum uisitur in uetustissimis exemplaribus, nominatim utroque Constantiensis. Quamquam id quidem ad sensum haud magni refert.

Cum gratia participo.) Ambrosius legit, Gratia participes sum: uerū non reperio *μετέω* datiuo iunctum, nisi referatur ad locū cōmunionis, non ad rem cuius parti-

per uos offendatur. Iudæis & gentibus.) Pro Gentibus, est *ἔθνεσι*, id est, Græcis. Iteratur autem ad singula coniunctio *καὶ*, proinde nos uertimus per Neque.

Non quærens quod mihi utile est.) Simplicius & uerius erat, Non quærens meam ipsius utilitatem, sed multorum. *μη ζῆτῶ τὸ ἐμὸν τὸ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν*.

EX CAPITE VNDECIMO

Mitatores mei estote, sicut, & cætera.) De hoc loco superius admonuimus huius epistolæ capite quarto: Vox est autem digna ijs, qui locū apostolorum sibi uindicant. Se Paulus proponit exemplar, sibi conscius se nihil habere, quod non sit imitandum: & tamen hoc exemplar non uult imitabile uideri cuiquam, nisi respondeat ad archetypum Christi. Nam quidam suo arbitrio uiuentes, nihil enim dicam aliud, satis esse uidentur. *Christus exemplar archetypum*



Per omnia mei memores estis.) *ὅτι πάντα με μνησθε*, id est, Quod omnia mea meministis. Et in hunc sensum accipit Ambrosius: legit enim, Quod omnia mea memoria retinetis. Et cōsentitū Græcā scholia, nominatim Theophylactus. Preparat enim illos laude ad sequentē admonitionē: quasi diceret, Sicut in cæteris tenetis mea præcepta, ita in hoc quoque sequamini. Hæc interpretatio mihi sanè magis arridet quam Ambrosii. Scribit enim hunc in modum: Postquam mores & conuersationē illorum arguit, nunc traditiones uult corrigere. Ideo non hoc confirmat, sed succenset eis, quia quæ esset apostolorum eorū, immemores erant traditionū eius: neque quod adhuc non didicerant, ex aliarum ecclesiarum traditione sequebatur, ac per hoc quasi nouiter tradidit illis dicens. Fortassis interpres legit *πάντα*, hoc est, in omnibus, aut *πάντα* accipit per synecdochē, *καταπάντα*. Codex uetustior Constantiensis habebat, Omnia mei memores estis, omiſſa præpositione, quæ nec apud Græcos est.

Et sicut tradidi uobis præcepta mea.) Hic apparet uariam fuisse in Græcis codicibus lectionem. Nam Ambrosius legit ad hunc modum, Et quomodo ubique tradidit uobis præcepta mea. Et quomodo ubique tradidit uobis præcepta mea. Interpretatur enim Ubique, id est In omnibus ecclesijs. Atque *κατα πάντα*, quod apparet legisse Ambrosium, non reperimus in Græcorum codicibus: nec usquam illius meminerunt interpretes, quos ego sanè uiderim. Mollior erat futurus sermo, si priore loco posuisset *πάντα*, posteriore *κατα πάντα*. Laudo quidem uos, quod in cæteris omnia mea tenetis: cæterum illud estis admonendi quod parum uideamini meminisse. Seu prius illud *κατα πάντα* notat digressionem à cepto sermone de idolothytis, posterius uim habet ad ueritatiam, quali præcelsisset *πάντα*. In uetustissimo codice pro Tenetis, erat Tenetebam, & Paulo dignius. *κατα πάντα*, id est, traditiones, quæ nec in scriptis posueruntur.

Omnia mea

Variā apud Græcos lectio

Collage de bouts de papier

Encrage en noir et passages raturés

ius est erga anticipatum. Porro quod stupentis admonet *αἰσως* potius uertendum fuisse sic, quam sicut, quid sibi uelit prorsus non intelligo. Neq; enim opinor, *αἰσως* accipi posse pro *αἴσως*.

Ut remaneres Ephesi.) Oratio plenior est Græce q̄ Latine, propterea quod *πρὸς μὲν* potest esse uel infinitiui modi uel imperatiui, quantum ad sensum attinet. Sicut te rogavi manere maneto. Atq; ita legisse uidet Ambrosius, qui legit, ut denūciaret: quod nō quadraret, nisi accederet, maneto, aut simile uerbū. Porro quod nos adiciamus, ita facito, nō deprecabor admissum sacrilegiū, nisi idē frequēter facit interpretes, & nisi hoc frequēter fieri cogit necessitas. Neq; sensū *πρὸς μὲν* sumendū imperandi modo priore sermone, sed in posteriore que subauditur, neq; tamē necesse est, eādē omnino uocem subaudiri. Hæc non addere grauaturus lectorem, nisi quidam libris æditis non minus indocti q̄ uirulente locum hunc exagitassent.

Ne aliter docerent.) *μη ἐποδιδασκαλῆς*, id est, Ne diuersa doceant, aut potius ne diuersis uterent doctoribus, uerbo cōposito, ab *ἐπε* alius, & *διδασκαλῆς* doctor, *ἐποδιδασκαλῆς*, quod est, nūc his, nūc illis uti doctoribus. Quamq; Chrysostomus & hunc sequutus Theophylactus, *ἐποδιδασκαλῆς* interpretatur diuersam in dūce doctrinā, ut ad pseudopostolos pertineat. Nos ambigue ueramus, ne diuersam sequant doctrinā, quod cōmune est, & doctōribus & discipulis diuersa. Vtū est eodē uerbo huius epistolæ cap. sexto. Consentit cū interpretatione ueterum Ambrosius.

Questionum
examinis

Interminatis.) *ἐπερωτησῆς*, id est, Quæ finē non habent, cuiusmodi nonnullæ sunt uulgarium Theologorum quæstiones, opinionēs, ac difficultates. Nam quo plus est eiusmodi quæstionularum, hoc plus etiā subscatet ē calibus nūq; finiedis, quorum etiam si milies mille milia produceris, plura tamen supererunt. In quibus ut absit impletas, tamen ipsa difficultas quæstionum auocat ab ijs, quæ propius ad rē pertinent. Chrysostomus putat hunc locum non esse accipiendum de historia ueteris testamenti. Sed Ambrosius palam de ea uidetur interpretari, cū ait: Ne oblectarentur fabulis quas narrare cōfreti sunt Iudæi de generatione suarū originū, de Abraham & Isaac, & cæteris patriarchis, & de circumcisione, & de ijs quæ postea tradita sunt à Mose, cæteraq; quæ sequuntur in hanc sententiā. Ac mihi sanē, ne hi quidem ad uerā Christianamq; pietatē magnopere uidentur facere, qui de Christi genealogia tam anxie tamq; penē dixerim Iudaice disputant. Atq; in tantis ex ueteris Testamenti libris pro se commoditate delibari quædam magis probant, q̄ illorū auctoritatē arguere male. Itaque euangelice, imō penē aniles. Quid enim nūc aliud legit in tēplis? Quin etiam illi libris Iudeorū recipimus in eandē notionē nostrum, quos illi in suū recipere noluerunt. Christiani propensiores in Iudeorū libros q̄ ipsi in suos, qui tamen sua sic agram ut nulli gens Iudaica. Porro quod hic uertit, interminatis, Ambrosius uertit, infinitis.

Iudaice gene-
alogie

Aberrantes.) *ἀσολύουτες*, id est, Cum aberrassent. Et est uox propria his, qui aberrant à scopo. Id subindicat & Chrysostomus.

Conuersi sunt.) *ἔστρεψοντες*. Ego malim, deslexerunt. Et magis explicat Græcā uocem, ueluti cum aberrans à scopo, aliō se desecit.

In uaniloquium.) *εἰς ματαιολογίαν*. Quantum ad pronūciationē attinet, mataologia, non multū abest à theologia, cū res inter se plurimum discrepent. Proinde nobis quoq; cauendum est, ne sic sectemur theologiā, ut in mataologia incidamus de frivolis nugis sine fine digladiātes. Ea potius tractemus, quæ nos transformēt in Chri-

potestate
pontificis

exponens hunc locum, de portando nullum facit uerbum, de spiritu scilicet ac nomi-
natim interpretatur. Idem facit Chrysostomus. Quanquam in æditione Veronenſi
aliquis addidit, ἀφ' αὐτῆς, sed sermone non cohærente. Sic enim legitur, ἀφ' αὐτῆς τοῦ θεοῦ. Itē illud: ἀ λέγει οὗτος ὁ θεός, id est, Quæ sunt dei: ut referatur simul ad cor-
pus & spiritum, quorum utrumq; deo dicatum sit. Cæterum utraq; uox, σώμα & πνεῦμα
Græcis neutri generis est. Nam & hanc particulam separatim exponit Theophy-
lactus: atq; ad eundem modum & legit & interpretatur Chrysostomus. Quanquam
magno consensu discrepant Latinorum & codices & interpretes.

EX CAPITE SEPTIMO.

Pauli sermo
imperfectus

DE quibus autē scripsistis mihi.) Sermo quidem est inabſolutus, uerum
hic loquendi color haud est insolens etiam apud Latinos. Nam sensus
est, Ut de his quæ scripsistis mihi, respondeam.

ἡ μὲν
coniunctio
omissa

Bonum est mulierem.) Hic est unus locus, opinor, in quo conuenie-
bat addere coniunctionem μὲν, quæ respondeat ἢ. Verum id Paulo fre-
quentissimum, quum hoc argumento colligat Hieronymus, Paulum parum bene cal-
uisse Græcum sermonem.

Mulier, pro
uxore

Mulierem non tangere.) Rectius hic erat uxorem. Quandoquidem Græca uox
ἡ γυναῖς ambigua est. Deinde tangere, ἀφ' ἧς, iuxta proprietatem Græcæcæ ser-
monis sæpenumero significat non manu contingere, sed habere cum aliquo nego-
cium siue commercium. Proinde μὴ ἀφ' ἧς γυναῖκος, nihil aliud sonat, quàm si di-
cas, Bonum est abstinere ab uxore: hoc est, non ducere uxorem. Etiam si diuus Hie-

Hieronymus
detorquens
nomibul uer-
ba scriptu-
rarum

ronymus aduersus Iouinianum, studio torquet hoc uerbum ad simplicem conta-
ctum, uelut in ipſo contactu quoq; periculum sit, non solum in coitu. Id quod fortal-
se concedendum est in diuinis literis, quoties aut hortamur, aut consolamur, aut
deterremus, aut ludimus. In disputatione seria nolim id fieri, etiam si hoc uel in pri-
mis sibi permittit Hieronymus, idq; factum defendit exemplo Pauli, apud quem
ait pugnare testimonia, quæ suis locis non pugnant. Verum ab ijs interim pericu-
lum est, quibus mos ex quocunq; libro, quatuor aut quinque uerba decerpere, ac ue-
lut ex oraculo proferre, haud perpendentibus quid præcesserit, quid consequatur,
cum quo agatur, quid agatur, quorsum & quo animo dictum sit. Quid quod ea quæ
sequuntur palam indicant hunc esse sensum, Propter fornicationem autem, & cæte-
ra, optimum erat non ducere uxorem: cæterum qui metuit ne labatur in stuprum, du-
cat potius, & suam habeat citius quàm alienam. Iam illud, quamuis nō est proprium
huius instituti, tamē obiter admonuisse profuerit, Bonum hic accipi pro commodo,
nō autem ut opponatur uitio: quemadmodum passim dicitur, bono fuisse quod pro-
fuit, & malus bello dictus est Horatio qui bello sit inutilis. Neq; enim hoc quærebatur
à Corinthijs opinor, an fas esset uxorem ducere, sed an expediret eo rerum statu
matrimonij uinculis illigari. Hieronymus autem pugnās aduersus eos, qui matrimo-
nio plus fati tribuebant, ita ratiocinatur. Si bonum est non tangere uxorem, malum
igitur est tangere: quum bono, malum sit contrariū. Hanc ratiocinationem ita refel-
lit Augustinus, qui legerat Aristotelis categorias, ut dicat quædam esse indifferētis,
quæ nec bona sint nec mala, ueluti nasum emungere, aut saluam facere. Quum enim
is in matrimonio tria constituerit bona, non passus est ullam mali mentionem, eoq;
bonum ait hic accipi pro melius: ne quis turpe putet uxorem ducere, quasi bonum

Augustinus
in epistolâ ad
uersus Hie-
ronymum de me-

et commodius erat abstinere à matrimonio: nunc mutatis re-
expediat sanctum connubium & immaculatum thorum san-
ctioribus, si qui non continent, quum tunc orationibus
in quibus est... tas castitatis... entium...
sequitur...
quæ hic...
imponitur proprie tacere.

Propter fornicationem.) ὅτι δὲ τὰς πορνείας. id est, Propter fornicationes autem,
siue scortationes. Quanquam hoc nihil ad sensum, nisi forte numero multitudinis,
innuit diuersas libidinis species.

Suam uxore habeat.) ἐχέτω. quod uerbum apud Græcos planè imperatiuū est mo-
di. Verum non est quod id nos commoueat, nec est cur interpretemur Habeat, habe-
re liceat: quum id dicatur ijs, qui se non possunt à consuetudine mulierum cohibere:
non omnibus. Atq; his sanè qui sibi permittunt essent scortationē, aut scēdius aliquod
libidinis genus, imperat ut potius ducant uxorem. Quod si hoc loco perpetuo ἡ ἡ
uertisset maritum & γυναῖκα uxorem, plusculum lucis accessisset sermoni. Nam uo-
ces apud Græcos ambiguae sunt. Argutatur hoc loco Valla de pronomine suum &
suam, quæ non arbitratus sum opere precium adscribere.

Valla excute

Vxori uir debitum reddat.) Græce sic est, τὸν ὀφειλόμενον ἡννοῖαν ἔχει δεῖν. id est,
Debitum beneuolentiam reddat: ut rem parum uerecundam, uerecunde notaret.

Debitum red-
dere

Quanquam secus legunt Ambrosius & Hieronymus. Omnino coitum significat, &
ideo texti uerbis, quod oportebat intelligi. In uno duntaxat codice pro ἡννοῖαν, id
est, beneuolentiam scriptum reperi ἡμῶν, id est, honorem: exponentibus ad eum mo-
dum & commentarijs qui Chrysostomo inscribuntur, sed titulo mihi suspecto. Pro-
inde quoniam uariat Græcorum scriptura, in coniecturam adducor à Paulo scri-
ptum fuisse τὸν ὀφειλόμενον, id est, debitum: quod deinde siue casu, siue quo uerecun-
dior esset oratio, quispiam mutarit in ὀφειλόμενον ἡννοῖαν. Quanquam ad eum mo-
dum legit & interpretatur Theophylactus, nullam coitus faciens mentionem. Pri-
us quàm adornarem hanc quintam æditionem, nactus sum codices Græcos fidei
melioris. In his contextus habet, τὸν ὀφειλόμενον ἡμῶν. id est, debitum honorem: atq;
item commenti limen, sed in medio ὀφειλόμενον, quum ait, ὅτι γὰρ ἕως καὶ ὀφειλόμενον ὁ πρῶτος
nullam facit mentionem. Et Chrysostomus huc deflectit enarrationem, quasi Pau-
lus his uerbis commendarit fidem & castitatem coniugalem, ne uel hic uel illa cui-
quam sui corporis copiam faciat, nisi uni cui debetur ex fide matrimonij. Et quum
in cæteris utriusque testamenti literæ multum autoritatis tribuant uiro, in hoc pa-
res ostendit, quod maritus æque atque uxor, non possit alij cuiquam facere corpo-
ris sui copiam: quod quidem attinet ad usum connubialem. Hæc quidem uere di-
cuntur, sed uel ea quæ sequuntur declarant Apostolum de coitu coniugali sentire.
Nolite fraudare inuicem nisi ex consensu. Nam ut interpreteris: Nolite fraudare,
pro Nolite alij corporis uestri copiam facere: qui quadrat quod sequitur, Nisi ex
consensu. An ex consensu licebit adulterium committere? Hoc igitur in loco, ca-
stigator est Latina æditio.

Correction de mots

Hieronymo. fuisse lectionem: in alijs scriptum fuisse, quemadmodum nos habemus, *ἐκ γὰρ*
mo. Et nō mi- *μὲν, ἢ γὰρ μὲν.* in alijs, *ἐκ ἡλεμὲν.* Ac posteriorem ceu ueriores magis appro-
fericordiam bat, tum quod ita legatur in emendatioribus exemplaribus, tum quod aptius respon-
consequu deat ad Israel non consequutum misericordiam, quum ē diuerso sequatur, & domui
tum Iuda miserebor. Rectius autem congruit & cum eo quod in fine capitis secundi legi-
 mus: Et miserebor eius quæ fuit absq; misericordia. Quum autem hic locus ē supe-
 riore pendeat, ubi dicitur, Voca nomen eius absq; misericordia, probabile est & hic
 fuisse scripturam uariam. Proinde lector aliquis offendens diuersam lectionem, ar-
 bitratus est in utraq; scriptura particulam orationis esse omissam, & addidit quod
 putabat deesse. Augustinus existimat ex eodem propheta loco sumptum, quod scri-
 bit Petrus apostolus in epistolæ prioris capite secundo. Qui aliquando non popu-
 lus, nunc autem populus dei, quorum aliquando non misertus est, nunc autem mise-
 retur. Videtur Petrus in hoc dissidere à Paulo, quod Misertus, legit pro Dilectus:
 sed in ordine æque dissidet cum propheta, apud quem prior est filia, cui nomen absq;
 misericordia, cui succedit filius, cui nomen nō populus meus. Idem est ordo in com-
 mutatione priorum nominum in fine capitis secundi, Et miserebor eius quæ fuit
 absq; misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu. Porro quod se-
 quitur apud Paulum, Et erit in loco ubi dictum est eis, non plebs mea uos, ibi uoca-
 buntur filij dei uiui: ē primo capite sumptum est. Quod autem apud prophetam di-
 ctum est de populo Israelitico, Paulus per similitudinem ~~derosio~~ ad gentes. In co-
 dice peruetusto Donatiani alteram particulam omissam repperi. Sic enim habe-
 bat: Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non misericordiam consequu-
 tam, misericordiam consequutam.

ἐκ γὰρ

Ibi uocabuntur.) *ἐκ* additum est ab Apostolo, quum in propheta non sit, uideli-
 cet quo magis dilucide diceret.

Dei uiui.) Viuentis est Græce, *ζωντῶ.*

Pro Israel.) Super Israel, siue de Israel. *ὑπὲρ.* quanquā præpositio hæc anceps est.
 Si fuerit numerus.) Testimonium est apud Esaiam capite decimo, in quo quum
 consentiant Septuaginta cum Hebraica ueritate, Paulus tamen nonnihil dissidet,
 licet in uerbis magis quam in sententia. Siquidem Septuaginta uerterunt *ἡ ἀπο-*
λμμα ὑποστρέψῃ. id est, Residuum cōuertetur. At Hieronymus uertit in hunc modū,
 Si enim fuerit populus tuus Israel quasi harena maris, reliquæ conuertentur ex eo:
 Verbum enim consummans.) Verbum, accusatiui casus est, consummans & ab-
 breuians, masculini generis, ut subaudias Est, nempe deus, *λόγον γὰρ σὺν τολῶν.* id est,
 Sermonem eius consummans. Id palam aperiunt Chrysofostomus ac Theophylactus
 hunc enarrantes locum. Nec obstrepit huic annotationi, quod Origenes & Ambro-
 mat & abbreviat pater est, qui consummatur & abbreviatur uel Christus est uel hu-
 ius doctrina. Quamquam hæc quoq; nonnihil dissentiunt ab Hebraica ueritate, iux-
 ta quam ita legitur autore Hieronymo: Consummationem enim & abbreviatio-
 nem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terre. Locus est huic affinis sen-
 tentiæ apud eundem prophetam cap. 8. Consummationem enim & abbreviatio-
 nem audiui à domino deo exercituum super uniuersam terram. Porro quod adie-
 cit Prædixit Esaiæ, non est ueritatis prædixit, sed quod hoc testimonium præ-
 dixit.

Verbum con-
summans, quo
modo accipi-
endum

gatiue, Quid ergo dicemus? Nempe hoc dicemus, gentes ex fide iustitiam cōsequi
 tas; & cætera. Annotauit hunc quoq; locum Augustinus libro De doctrina Christia
 naterio. Et ad hunc modum edisserit Theophylactus.

Pronunciatio

Non peruenit.) *ἐκ ἐφθασε.* quod uerbum uarie uertitur. Est autem propriū festi-
 nantis ad occupandum aliquid: ut intelligas & Israelitas eō contendisse per opera le-
 gis, uerum gentes exclusis illis occupasse.

Peruenit, pro
assiquutus est

Quali ex operibus.) *ὡς ἐργων.* id est, Tanquam ex operibus, & addunt Græci
νόμος, id est, legis, ut intelligas de operibus fide charitateq; uacuis, apud Latinos non
 additur. Annotauit Chrysofostomus & hunc sequutus Theophylactus, uoculam *ὡς,*
 quali significet Iudæorum opera, non fuisse uera opera legis. Mihi uidetur & ad im-
 putationem referri posse. Nam Iudæi salutem acceptam ferebant suis operibus ex-
 clusa gratia dei.

Petram *σκανδάλου.*) Græcam uocem hanc libenter usurpant interpretes, quum
 possent dicere, offensæ siue offendiculi aut obstaculi, licet haud nesciam interim ma-
 nere dialecton Hebraicam, lapis offendiculi, pro lapide offensorio, aut lapis in quē
 offendunt. Nec uideo quid offendant quosdam in *πρωτόπῃ,* quod haud dubie signifi-
 cat impingo, uel offendo. Cæterū testimonium hoc cōtextum est ē duobus Esaiæ lo-
 cis. Initium enim, nempe, Pono in Sion lapidem: & finis, nempe, Et omnis qui cre-
 dit in eo non confundetur: sumpra sunt ex Esaiæ capite uigesimo octauo. Cæterum
 quod in medio intertextuit, Et lapidem offensionis & petram scandali, sumptum est
 ex eiusdem capite octauo. Quamquam hoc quoq; loco Paulus magis studuit sensum
 reddere quam uerba. Quum enim Hebraica ueritas habeat, Qui crediderit nō festi-
 nerit iuxta septuaginta aditionem dixit, Non confundetur.

Paulus Septua-
ginta sequutus

Non confundetur.) *ὁ κερταχωνθῆσται.* id est, Non pudefiet.

EX CAPITE DECIMO

Voluntas quidem cordis.) *ἡ μὲν βουκία.* quod significat aliquid animo
 gratum & acceptum. Aurelius Augustinus explicans carptim aliquot
 huius epistolæ quæstiones, legit pro *βουκία,* bona uoluntas: quemad-
 modum hic interpres uerterat in Luca. Græca uoci ad Hebræam effi-
 cta, nihil habet sermo Romanus quod proprie respondeat. Nam nemo
 laturus sit, opinor, si quis dicat, Delicium cordis mei. Sonat autem propensam bene-
 uolentiam, ac fauorem gratuitum quem quis gerit erga alterum, qualis est dei erga
 nos. Item quæ sequuntur non per omnia quadrat: sic enim Græci, *καὶ ἡ δέσσις ἡ πρὸς*
τοῦ θεοῦ, ὡς ἐπὶ τῷ ἰσραὴλ ἵδμεν εἰς σωτηρίαν. id est, Et deprecatio quæ fit ad deū, pro Israel
 est ad salutem. Sentit enim se præstare Iudæis quod potest, propensam animi uolun-
 tatem & preces apud deum.

βουκία

Quod æmulationē quidem.) *ὅτι ζῆλον θεῶ.* id est, Æmulationē dei: sine Quidem.
 Qui nihil sciat nisi Latine, quem sensum percepturus est ex his uerbis, Æmulationē
 nem dei habent: Æmulationē in bonam partem, sonat imitationē: in malam inuiden-
 tiam. Neutrum hic quadrat. Itaq; nos Studium, uertimus, qua uoce Latini significat
 uehementem animi fauorem. Et Scientia, magis cognitionem sonat, κατ' ἐπιγνωσιν.
 Aderat studium, sed sine iudicio: ut sedulitas, quem stulte diligit, urget.

Æmulationē

Studium

Et suā querentes statuere.) Hic Græci repetunt, iustitiam. Est enim sermo ex tra-
 ductione uocis eiusdem festi-


Collegij Societatis Jesu Lodi
in insula.
DES ERASMI ROT
IN NOVVM TESTAMENTVM
ANNOTATIONES, AB IPSO AVTORE
iam postremum sic recognita: ac locupletata,
ut propemodum nouum opus
uideri possit.



PLATO
Pulcherrimum uictoriae genus est, seipsum uincere.
BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA
ANNO M D XLII

Expurgatus est. datus obij monumentis a locum
Jacobus Carlier pastor d. Mauricij
ad librum expurgatum depositat
UNIVERSITE DE LIÈGE
BIBLIOTHÈQUE

Une expurgation signée par Jacques Carlier (1573)



Expurgé. Fait le 17 novembre 1573. Jacques Carlier, curé de Saint-Maurice, chargé de l'expurgation des livres



IACOBI LATOMI
 SACRÆ THEOLOGIÆ APVD LO-
 VANIENSES PROFESSORIS CELEBERRI-
 MI OPERA, QUÆ PRÆCIPVE ADVER-
 sus horum temporum hæreses eruditissimè, ac sin-
 gulari iudicio conscripsit, ab innumeris
 vitiis, quibus scatebant, dili-
 genter repurgata.

Quibus accesserunt eiusdem authoris alia quædam opuscu-
 la, nunquam antehac typis excusa.

Cum Indice copiosissimo.

In hoc sunt tabernaculis suis

LOVANI,
 Excudebat Bartholomæus Grauius suis impensis, Petri
 Phalesij, ac Martini Rotarij.

ANNO,
 M. D. L. Iulij XXIX.

Veniunt etiam Antuerpiæ apud Arnoldum Birckmanns.

Cum Gratia & Priuilegio Cæsaræo.

172



IACOBI LATOMI
 ADVERSUS ERASMI LIBRVM
 DE SARCINDA ECCLESIAE CONCOR-
 dia opus inabsolutum.

RAVCIS ea tractabimus quæ D. Erasmus habet in eo libello cui titulum fecit de facienda ecclesiæ concordia, siue de sedandis opinionum dissidijs: quem coniunxit cum elaborata explanatione Psalmi .83. Et quatum ad ea quæ ad mores pertinent, siue partibus cõmunes, siue singulis proprias, non inmorabimur. Quia generalia hic & communia tractat: nec descendit ad propriam, & proximam causam dissidij quod est inter Catholicos, & Hæreticos, siue Schismaticos, à Luthero exortos. Quod tamen faciendum esse videbatur ei, qui esset efficax remedium allaturus. Sicut medicus nosse debet morbi causam propriam, & proximam, qui sit morbum ex arte curaturus. Sed quia Erasmus in hoc libro sibi sumit personam mediatoris, demonstrare conatur quod utraq; pars contententium erret, nõ tantum moribus, sed etiam dogmatibus. Ac vult utrinque aliquid detrahi, & inuicem de suo iure non nihil concedere, quo tandem hac via perueniatur ad concordiam. Vnde postquã, quantum visum est, de moribus disseruit, ad dogmata veniens de vtraque parte dicit, quod rupto siue in tergũ cadat. Non inquit, quod ecclesia concidat, quæ nixa saxo immobili Christo, nullis turbinibus concutitur, sed de quibusdã hominibus loquitur, qui causam ecclesiæ tuentur magno quidẽ zelo, non enim dicã malo, sed nõ secundũ scientiam, hæc ille: Hic paululum in morem, & excutiamus quod dicit de partibus in tergũ ruentibus, & de ecclesia quæ manet inconcussa, videamus quæ sint hæ partes, & quæ sit ecclesia, quæ stat illis cadentibus. Ac Lutheri quidem parte constat eam esse, quæ Lutherum secuta adversus ecclesiam Romanam insurrexit: altera pars complectitur non solum eos qui Luthero, & adherentibus, verbo & scriptis contradixerunt: sed & Romanum Pontificem Leonem 10. qui doctorem & doctrinam damnauit, & Leonis successorem Adrianum 6. Et Adriani successorem Clementem 7. quibus subscribit Paulus 3. qui Cathedrę Petri hodie præsidet: quorum sententiam sequitur religiosissimus Imperator Carolus, & executus est ab initio, primũ Vvornatię, vbi & ipsum Lutherum coram audiuit, ac damnauit in pleno conuentu omnium ordinum, & statuum sacri Imperij: vt interim nihil dicatur de reliquis Regibus catholicis, Principibus, & Ciuitatibus dicte sedis iudicium secutus: isti enim omnes, si verum est quod dicit Erasmus, in tergum cadunt, & à saxo immobili Christo excutiantur. Quenam porro est ecclesia, quæ non solum non cadit, sed ne concutitur quidem? Aut enim dicere oportebit quod inter prædictos cõtentio sit de rebus incertis, vtrinque disputabilibus, in quibus errare contingit citra fidei religionisq; iacturam, vt & in sponsia dixit: Aut quod fides, & veritas illæsa remaneat in ecclesia inuisibili, Deo soli cognita, quem sensum aliquot locis subindicat potius quàm exprimit. Nonnunquam enim significat se ambigere vbinam sit ecclesia, in qua sententia erat & Iohãnes OEcolumpadius in Helleboro, cui respondentibus ostendimus eam à vero deuiare. Aut certè quod partibus à fide deuantibus, fides, & veritas & ecclesia remanent in hominibus neutralibus presentis certaminis spectatoribus, sese integros seruantes, in qua parte sese non obsecrè collocat Erasmus: hæc enim fiducia sibi mediatoris partes assumpsit, quod admiratione dignum est. Nam cum non audeat offendere Lutheranos, mirum videtur quomodo

Ff. iij. do no.


Un adversaire à Louvain : Jacobus Latomus (1475-1544)

Index de Louvain de 1546 ☞ Érasme absent





Jean Henten (Louvain, 1552)


*Opinions erronées ou
scandaleuses..., avec une courte
liste des erreurs qui paraissent
plus nettement hérétiques*




Index de Louvain de 1558 ☞ Première condamnation officielle



Condamnations romaines



Desiderij Erasmi Roterodami colloquiorum liber, Moria, Lingua, christiani matrimonij institutio, De interdicto esu carniū, eiusdem Paraphrasis in Matthaum, quae a Bernardino Tomitano in Italicam linguam conuersa est, cetera uero opera ipsius, in quibus de religione tractat, tamdiu prohibita sint, quamdiu a facultate Theologica Parisiensi, uel Louaniensi expurgata non fuerint. Adagia uero ex editione, quam molitur Paulus Manutius, permittentur. interim uero quae iam edita sunt, expunctis locis suspectis iudicio alicuius facultatis Theologicae uniuersitatis catholicae uel Inquisitionis alicuius generalis, permittantur.



Index expurgatoire
 (Anvers, Plantin, 1571)

